SANCTI PATRIS NOSTRI IOHANNIS ARCHIEPISC. CONSTANTINOPOLITANI COGNOMENTO...

Ioannes : Chrysostomus santo (santo), Aquiles Estaço



SANCTI PATRIS NOSTRI IOHANNIS ARCHIEPISC. CONSTANTINOPOLITANI


COGNOMENTO CHRYSOSTOMI HOMILIA IN SERAPHIM.

Achille Statio Lusitano interprete.



CVM LICENTIA SVPERIORVM.

ROMAE apud heredes Antonij Bladij Impressores Camerales, M D LXXX.



PATRIS NOSTRI

IOANNIS ARCHIEPISC.

CONSTANTINOPOLITANI

COGNOMENTO CHRYSOSTOMI

HOMILIA IN SERAPHIM.



CUM LICENTIA SUPERIORUM.

ROMAE [illegible]

252

PETRO DONATO
S. R. E.
CARDINALI CAESIO
Achilles Statius Sal.



NIHIL est fere ingrati animi vitio taetrius, contra vero nihil referenda, vel habenda saltem gratia laudabilius, atq. iucundius. Me quidem certe officij genus huiusmodi inprimis ducit, quo id cumq. modo, quandoq. adsequi possum. Quia vero neq. rei nostrae familiaris eae sunt opes, nec ingenij vis ea, quae par sit referendae gratiae, quod vnũ relinquitur, habere delector. Neque mihi, quam vt id faciam, accepto beneficio, quidquã est longius. Adfecisti tu me nuper PETRE DONATE Cardinalis amplissime, beneficio, tibi quidem ob istius animi magnitudinem, & in largiendo summam voluntatem leui, mihi vero eadem ipsa spectanti vel maximo. Ardebam scilicet incredibili cupiditate grati animi significationem aliquam primo quoq. tempore vti darem. Sed ea me tum requirentem copia defecit. At idem recente beneficij memoria semper incensus, dum quaero tamen usq. quod & voluptati tibi esse posit, &

A 2 isti

tati dignitati conueniat, demum incidi in beati Ioannis Chrysostomi caelestem prorsus orationem. In qua relictis terris ille supremi Dei ad solium subuolans, nosq. tamquam pinnis inuehens suis, ipsorū Seraphim choris miscet, atq. inserit. Diuini hominis eloquentiam, ingenium, sanctitatem nosti. Vir summus, magniq. omnino nominis nihil nostris eget laudibus. Leges, sat scio, libentissime Chrysostomi auream plane lucubrationem, & quidem libentius hoc tempore, cum frequentissimi Christianorum coetus sollemnibus ieiunijs perfuncti expurgatiq. Eucharistiae caelesti pabulo reficiendi ad propositorum regias mensas religiose atque auide conuolant. Qua de re multus omnino hic eius, isq. moris ac ritus superior. temporum sermo plenissimus. Hunc meum laborem GREGORIO XIII. Pontifici max. non nullius loco muneris inpertias velim. Cui anno superiore Anastasij Synaitae Antiochenae sedis antistitis orationem eiusdem prope generis atque sententiae misi. Illi ego scriptoris huius studioso munus hoc meū spero fore gratissimū. & eo quidē gratius, quod per te hominem sibi longe gratissimū eiusmodi ad se mittātur, ac perferantur munera. Quod reliquum est, quia tu de me benemerendi nullum finem videris esse facturus, equidem conabor istā quoq. ipse, quo modo possum, liberalitatem remunerari tuam. Vale. Dat. Romae, x. Kalen. Apr. MDLXXX.

SANCTI PATRIS NOSTRI IOHANNIS ARCHIEPISCOPI COSTANTINOPOLITANI COGNOMENTO CHRYSOSTOMI

HOMILIA IN SERAPHIM.



VIX aliquando tandem aestuosum Oziae pelagus enauigauimus, vix, inquam, enauigauimus, non tam viae longinquitate, quam cognoscendi vestrum omnium, qui vna vehebamini, studiis retardati. Haud aliter profecto, ac gubernator vectorum exteras vrbes cupiditate ac visendi studio commotus, diei vnius viam, nec vno tamen conficit die, sed obuium quemq. ad portum nauim adpellens, diutius inmoratur, & quacumq. ad vrbem descendere vectorem facile patitur. Eodem prorsus modo etiam nos nō vllas insulas, non vlla naualia, non portus,

tus,

tus, non vrbes deniq. vobis inter nauigan dum monstrauimus, sed praestantiū vtiq. virorum egregiam virtutem, contraq. labentium, ac peccantium socordiam, regis nimirum inpudentiam, liberiq. & intrepidi sacerdotis animum. iram Dei videlicet, ac misericordiam. vtrumq. confirmandi nos, & in officio continendi caussa omnino factum. Quia vero iam regiam ad vrbem adplicauimus, atq. peruenimus, nihil cunctandum, sed iā demum vela colligamus, & tamquā ad vrbem ipsam nauigio egressuri ad supernam, ac caelestem illā metropolin ascendamus Ierusalem, liberam illam matrem nostram. vbi Seraphim, vbi Cherubim, vbi illa angelorum millia. vbi deniq. solium regium. Ne quis igitur profanus, aut nefarius intersit. res enim plenas mysterij narrare audemus. Ne quis inpurus, ne quis auditor indignus. Immo vero profanus, ac nefarius quiuis adsit, sed animi sordibus, sed malitia foris depositis, atq. abiectis tum demum ingrediatur, & accedat. Namq. sponsi pater illum sordidis, atq. obsoletis vestibus e cenaculo, ac nuptiali thalamo eiecit, non quod sordidis esset vestibus, sed quod illis vestibus introi-

Gal. 4.

introire est ausus. Nec enim dixit, quid tu vestem non habes nuptialem? sed, quid tu vestem non habens nuptialem, introire tamen ausus es? In triuiis stans mendicare solebas, neque me paupertatis puduit tuae, nec indignitatem fastidiui tuam. sed abiectissimo te, ac vilissimo vitae generi eximens sacrum in thalamum induxi, regiis epulis dignatus sum, teq. honoris caussa superiorem ad locum vocaui extremo potius dignum supplicio. Quibus tu beneficiis nihilo melior factus, prauos illos tuos veteres mores retines. probro nuptias adfecisti, probro sponsum. I nunc igitur, taliq. tuo stupore dignum pende suppliciũ. Caueto autem quisq. nostrum, ne eiusmodi quoq. vocem audiat. omnis vero spiritali doctrina indignas cogitationes animo pellat, atq. abiciat. itaq. sacrae mensae particeps esto. Et factum est, inquit, anno quo mortuus est Ozias rex, vidi dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum. Qui viderit, nescio, vidisse quidem se dixit. Quo vero id modo, reticuit. Quae dicit, accipio, quae reticet, curiose non indago. euoluta considero, inuoluta non exquiro, quae ne exquirantur, propterea Esai. 6.

nimi-

nimirum sunt inuoluta. Velum omnino aureum est scripturarum ipsa explicatio. stamen aureum. tela aurea. Non ego aranearum contexo telas. Ingenium meum quam sit exiguum, noui. Ne transgrediaris, inquit, terminos aeternos, quos posuerunt patres tui. Terminos mouere nullo modo tutum. Et quos Deus ipse terminos pepigit, ego transferam? Vin tu autem scire, quomodo Deum uiderit? sis etiam ipse propheta. At qui possum, inquis, cui vxor, & educatio liberorum curae est? Tu vero potes, velis modo. Etenim propheta & vxorem habuit, & duorum parens liberum fuit. nec horum omnium quidquam inpedimento fuit. nec enim a caelo peregrinanti, eoq. tendenti coniugium vllo modo inpedimento est. alioqui ipsa nobis mulier tamquam in insidiis futura esset, neq. iam tum cum mulierem fingeret Deus, eam vocasset adiutorium. Sed nos quid esset, Deum sedere, explicare volebamus. Minime vero sedet Deus. hic enim corporis habitus est. numen vero ipsum expers omnino est corporis. Volebamus etiam quod Dei esset solium, dicere. cum solio aliquo Deus contineri non posit.

Prou. 22. — Gen. 1.

nec

nec enim loco circumscribi, numen potest. Sed vereor, ne differendis rebus his inmoratus promissum, debitumq. traham longius, qui omnis vos ad ipsa cognoscenda Seraphim, nec id quidem hodierno tantum, sed hesterno iam intentos die, atque inhiantis animaduerto. Quamobrem quasi consertam aliquam hominum multitudinem, vestrorum quoq. sensuum frequentiam magno impetu inrumpens oratio ad illam scilicet enarrationem, cognitionemq. festinat. Et Seraphim stabant in circuitu eius. En Seraphim vobis, quae tanto opere concupistis omnes aspicere. spectate igitur, animumq. expletote, sed nullo interim strepitu, nullo tumultu, nec animis festinantibus, quod fere ad regios aditus accidit. Et quidem illic nulla spectantium culpa hoc accidit. nec enim spectantium oculos regia curat, aut moratur custodia, quae priusquam probe cerni omnia, perspiciq. possint, multitudinem praeterire cogit. Contra hoc loco spectandi studium sistit, ac moratur oratio, donec, quo ad licet, omnia proponat, atque percurrat. Et Seraphim stabant in circuitu eius. Ante naturae di- Esai. 6.

B gnita-

gnitatem, eam quam loci propinquitas adfert, edocuit. Nam non cuiusmodi essent ipsa Seraphim, sed vbi consisterent, dixit. quippe hoc est illo dignius. Illarum enim potestatum magnitudinem nihil aeque declarat, ac propinquitas ipsa consistendi ad solium regium. Sic regis custodia clarum inprimis ducimus, quae regij currus iugo propius ordinē ducit. Quo enim potestatum illarum quaeq. solio propior est, eo est etiam inlustrior. Quamobrem propheta naturae dignitate praeterita, loci primiq. consessus auctoritatem potius nobis edisserit. Nimirum intellexit mentium illarum summum hunc esse ornatum, hanc eximiam pulchritudinem, hanc gloriam, hunc honorem, deniq. omnem securitatem in eo positam esse, quod solium circumdent. Id quod in Angelis quoq. cernere est. Quorum amplitudinem Christus demonstrare cum vellet, non quod essent Angeli, dixit, sed silentio
Matth. 18. texit. verum dixit; Quoniam Angeli eorum semper vident faciem patris mei, qui in caelis est. Vt enim illic Angelica dignitate longe maius est faciem patris aspicere, sic ipsorum Seraphim dignitate omni-

no ma-

no maius, est solium Dei circumsistere, eumq; in medio positum circumfundi. Quam tu profecto magnitudinem, si quidem velis, etiam consequi possis. Nec enim ipsorum Seraphim tantum in medio est, sed nostrum quoque medius, si velimus, etiam steterit. vbi enim sunt duo vel *Ibidem.* tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Et, Iuxta est dominus iis, *Psal 33.* qui tribulato sunt corde, & humilis spiritu saluabit. Clamat propterea Paulus, *Col. 3.* Quae sursum sunt sapite, vbi Christus est in dextera Dei sedens. Animaduertis vtique quomodo nos inter ipsa conlocans Seraphim regale ad solium propius adduxit. Ait deinde, Sex alae vni, & sex *Esai. 6.* alae vni. Quid autem nobis ipsae significant alae? Nimirum altum, sublime, leue, agile, ac velox illud proprium naturae illius. Propterea Gabriel etiam descendit *Dan. 9.* alatus, non quod experti corporis illi naturae vllae scilicet insint alae, sed vt intellegeret propheta excelsissimis e locis illum delapsum, & quibus interim supra relictis studiis venerit. At quid ipse sibi vult numerus alarum? Hic vero nihil necesse est nostram adhibere interpretationem,

Namq. omnem dubitationem verba
facile sustulerunt alarum nobis vsu
monstrato. Duabus enim, inquit, vel
facies suas, quasi duplici saepiment
tus communirent illa e gloria pror
tem fulgorem minime ferentia.
quoq. de caussa pedes contegentia
hominum etiam ingenti trepidatio
pus vndiq. contrahentium. Qu
corpus, cum animus ipse tali com
ne suas quoq. functiones a summ
cans contrahit, & altissimum int
ad locum refugiens, quasi vallo qu
se corpore ipso circumdat, atq.
nit? Neq. vero commotionis, a
fionis nomen audiens triste al
molestum accidisse putes. Eter
motio eiusmodi mira quadam, r
cabili voluptate conditur, ac te
Duabus, inquit, volabant. Ho
ea quae superna sunt, semper
nec vnquam cituma haec desp
clamabant alter ad alterum, sar
ctus, sanctus. Hic ipse clamor r
raculi quoq. magnum est arg
nec enim leuiter laudant, sed c
et valido, nec cum clamore ta

perpetuo continentiq. clamore. Namq. inlustria corpora, si quidem sic, vt excellant, splendeant, pro tempore oculorum praestringunt aciem, at vbi spectans identidem adsueueris, ipsa nimirum consuetudine esse miraculum desiit. sic regiam imaginem recens propositam laetis vtiq. radiantem coloribus intuentes commouemur, non item vno atq. altero post die. Quid imaginem dixi regiam, cum de solis ipsius radiis, quibus nullum omnino corpus est inlustrius, idem vere liceat dicere? Ergo inlustris corporis cuiuscumq. speciem minus admirandam consuetudo facit. non item gloriae Dei. longe enim aliter euenit. cui vtiq. inspectandae quo diutius illae inmorantur potestates, eo commouentur vehementius, ipsumq. augetur miraculum. Itaq. ex quo gloriam illam aspicere coeperunt, semper commotae clamorem numquam intermiserunt. & quod ipsi breuissimo tempore, cum fulgur emicuit, oculis nostris accidisse sentimus, id illa perpetuo, ac sine intermissione sentiunt, nec sine voluptate tamen miraculo commouentur. Nec clamauerunt tantum, sed inter se inuicem

 etiam

etiam clamauerunt, quod est adn
continentisque commotionis in
Namq. ipsi vel cum tonitru rup
dissiluit, vel terra mouit, non
modo etiam clamantes, sed alij
alios ipsis in domibus subterfug
quod ipsa etiam faciunt Serap
propterea alter ad alterum cla
sanctus, sanctus, sanctus. Hanc
cem agnoscitis. ipsorum Serapl
eadem quoq. vestra vox est.
quam, vox est per IESVM C
Ephes. 2. qui parietem medium sustulit
lians ea quae in caelo, & quae in
fecit vtraque vnum. Hic enim
primum dictus est hymnus. pc
quam terris insistere dignatus est
bis quoq. suauissimum carme
Quamobrem magnus hic sace
steaquam sacram hanc ad mens
tit rationabilem cultum defere
entumq. offerens sacrificium, n
citer nos ad benedicendum vo
sa praefatus Cherubim, praef
phim, omnis deinde iubet plen
ris vocem mittere. Chori nimi
ac nobiscum pariter concinen

ria mentes nostras a rerum terrenarum cogitatione auocare studens, atq. abducere, cuiq. nostrum tamquam inclamat his propemodum vocibus. Qui ipsis cum Seraphim vna concinis, ipsis quoq. cum Seraphim adsta, cum Seraphim alas explica, cum Seraphim solium regium circumuola. Quid autem mirum cum Seraphim stare te, cuius, quae Seraphim manibus adtingere non sunt ausa, manibus tractaturo audacter dederit Deus. Missum est enim, inquit, ad me vnum de Seraphim, & habebat carbonem ignis, quem forcipe cepit ex altari. Altare illud, huius nimirum altaris, vt ignis quoq. spiritalis huius, ignis ille figura fuit atq. imago, Sed ipsa Seraphim manibus nequaquam sunt ausa contingere, tu haec manibus capis. Quod si propositorum dignitatem spectes, etiam ipsorum Seraphim attactus est prorsus indignus. sin autem Dei benignitatem consideres, nostram abiectissimam quoq. ad condicionem se se demittere propositorum gratia non veretur. Haec tu si tecum reputes, doniq. ipsius magnitudinem cogites, stes vtiq. animo, terrenaeq. seruitutis iugum liberis ceruicibus excutias, ad Esai. 6.

caelum

caelum conscendas. Sed trahit, in
pus, ac deorsum inpellit. At ips
hunt, eleuantq; ieiunia, quorum
animae leues alae fiunt, sit licet
pus quantouis plumbo grauius
de ieiunio sermo tantisper interi
ctet, ac differatur. ille vero de my
ducatur, cuius etiam caussa sun
ieiunia. Nam quemadmodum lu
picis certantium finis est coron
nij quoq; finis est pura commun
nisi fit, ac per hosce dies vita
non agimus, frustra nos vtiqu
mus. Namq; sine corona, sine
ieiunij harena discedemus. Ide
res nostri ieiunij quasi stadiun
esse voluerunt, hoc paenitenti
nientes tempus, vti puri, & qua
mento aliquo expurgati acceda
co etiam ipse ex hoc loco iam
voce declamo, testificor, rogo, ol
quis vlla inquinatus macula,
maleconscius sacram ad mens
nec enim adsessio illa, vel com
si vel millíens sacrum illud corp
das, sed sit illa potius damnatio,
tio, sit etiam cruciatus accessio

mulcta

igitur peccator adeat. Sed corrigam me?
non, inquam, nemo peccator adeat, sic
enim me primum omnium diuina mensa
prohibeo, verum nemo manens adhuc
peccator adeat. Propterea iam nunc etiā
moneo, nequem cenae regiae illius tem-
pus opprimat, cumq. vespertinum illud
sanctum iam aderit, fortasse dicat, inpa-
ratus ac destitutus ingressus sum, haec di-
cta pridem oportuit. Namq. si audissem
prius, mutassem vtiq. me, ac penitus ex-
purgatus introissem. Ne quis igitur haec
caussari possit, iam nunc praedico, testifi-
cor, hortor multam agere paenitentiam.
Neq. vero nescio nostrum vnumquemq.
reprehensioni esse obnoxium, neq. puri-
tate cordis aliquem posse gloriari, sed nō
hoc tam molestum, ac graue, puro corde
non esse, quam ad eum qui purum cor fa-
cere possit, non adire. potest enim, si ve-
lit, ac puros fieri nos, multo quam nos
ipsi, profecto mauult. Sed ansam dum si-
bi nos aliquam demus, exspectat. Quis au-
tem, quā publicanus peccator magis? Sed
idem simul illud tantummodo dixit, Pro- Luc. 18.
pitius esto mihi peccatori, multo quam
Pharisaeus iustificatus magis descendit.

Quam vero vim illa vox habu
illum vox ea mundauit, sed
adfectio, &, quae vocem exp
inductio. Sed neq. sola haec
prior ipsa Dei benignitas. Q
haec virtus, quantulus sudor,
vt esse peccatorem sibi quis
ac talem se apud Deum profit
quoq. ipsum dicere. Iamne
quam non temere illud dixeri
nobis aliquam dari sibi Deum
taxat, largiturum postea qui
nostrae conferat, atq. conduc
igitur paenitentiam, ploremu
mur. Filiam saepe aliquis cu
maximam vitae suae partem i
mentisq. consumit. Et nos a
ipsa nequaquam dolemus. de
dimus, neq. plangimus? Sed qu
quid salutem dico? Dominum
ac mansuetissimum incendimu
cerbauimus, neq. nos ipsos
mus. Ille vero non domini soll
sed patris amantissimi, sed m
gentissimae amores omnis ips
Esai. 49. ra longe etiam superat. Numq
cetur, inquit, mulier infantem

oblita non miserebitur fetus vteri sui? & si oblita fuerit mulier, ego tamen non obliuiscar, ait dominus. Fidelis omnino, etiam antequam res ipsa arguat, sententia. Dei est enim ipsius. Verumenimuero adhibitis exemplis idem comprobemus. Olim Rebecca filium iubens ea, quae ad benedictionum furta pertinet, vti simulatione, cũ pulchre vndiq. ornato personam fratris induisset, ac ne sic quidem satis audere puerum animaduerteret, omnemq. eius metum vellet abstergere, super me, inquit, fili maledictio tua. Matris omnino illa flagrantis amore filij vox. Christus autem nõ id dixit modo, sed etiam fecit. neq. dicto contentus, id quoq. ipsum fuit. Clamat Paulus verbis illis, Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Et hunc nos laedimus, atq. exacerbamus? An non hoc ipsa gehenna grauius, non verme illo numquam moriente, non igni aeterno, atq. inextinguibili? Aditurus igitur sacram ad mensam dominum illic praesentem adesse cogita. Adest enim omnino cuiusq. sensus inspiciens, atq. cognoscens, siue quis ea, qua decet, sanctificatione, siue male sibi conscius inexpurga-

Gen. 27.

Gal. 3.

Esa. 66.

tus, non vrbes deniq. vobis inte
dum monstrauimus, sed praesta
virorum egregiam virtutem, co
bentium, ac peccantium socord
nimirum inpudentiam, liberiq
pidi sacerdotis animum. iram L
cet, ac misericordiam. vtrum
mandi nos, & in officio contine
sa omnino factum. Quia vero ia
ad vrbem adplicauimus, atq. per
nihil cunctandum, sed iã demum
ligamus, & tamquã ad vrbem ip
gio egressuri ad supernam, ac cae
Gal. 4. lã metropolin ascendamus Ierusa
ram illam matrem nostram, vbi S
vbi Cherubim, vbi illa angeloru
vbi deniq. solium regium. Ne q
profanus, aut nefarius intersit.
plenas mysterij narrare audemus
inpurus, nequis auditor indignu
vero profanus, ac nefarius quiuis
animi sordibus, sed malitia foris
atq. abiectis tum demum ingrec
accedat. Namq. sponsi pater illu
dis, atq. obsoletis vestibus e cen
nuptiali thalamo eiecit, non quo
dis esset vestibus, sed quod illis

introire est ausus. Nec enim dixit, quid tu vestem non habes nuptialem? sed, quid tu vestem non habens nuptialem, introire tamen ausus es? In triuiis stans mendicare solebas, neque me paupertatis puduit tuae, nec indignitatem fastidiui tuam. sed abiectissimo te, ac vilissimo vitae generi eximens sacrum in thalamum induxi, regiis epulis dignatus sum, teq. honoris caussa superiorem ad locum vocaui extremo potius dignum supplicio. Quibus tu beneficiis nihilo melior factus, prauos illos tuos veteres mores retines. probro nuptias adfecisti, probro sponsum. I nunc igitur, taliq. tuo stupore dignum pende suppliciũ. Caueto autem quisq. nostrum, ne eiusmodi quoq. vocem audiat. omnis vero spiritali doctrina indignas cogitationes animo pellat, atq; abiciat. itaq. sacrae mensae particeps esto. Et factum est, inquit, anno quo Esai. 6.
mortuus est Ozias rex, vidi dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum. Qui viderit, nescio, vidisse quidem se dixit. Quo vero id modo, reticuit. Quae dicit, accipio, quae reticet, curiose non indago. euoluta considero, inuoluta non exquiro, quae ne exquirantur, propterea

nimi-

nimirum sunt inuoluta. Vel
aureum est scripturarum ipsa
stamen aureum. tela aurea. N
nearum contexo telas. Inger
Prou. 22. quam sit exiguum, noui. Ne
ris, inquit, terminos aeternos,
runt patres tui. Terminos m
modo tutum. Et quos Deus ip
pepigit, ego transferam? Vin
re, quomodo Deum uiderit? f
propheta. At qui possum, inqu
& educatio liberorum curae e
potes, velis modo. Etenim
vxorem habuit, & duorum par
fuit. nec horum omnium qu
pedimento fuit. nec enim a ca
nanti, eoq. tendenti coniugiu
do inpedimento est. alioqui
mulier tamquam in insidiis f
neq. iam tum cum muliere
Gen. 1. Deus, eam vocasset adiutoriu
quid esset, Deum sedere, expli
mus. Minime vero sedet Deu
corporis habitus est. numen
expers omnino est corporis.
etiam quod Dei esset solium,
solio aliquo Deus contineri

nec enim loco circumscribi, numen potest. Sed vereor, ne disserendis rebus his inmoratus promissum, debitumq. traham longius, qui omnis vos ad ipsa cognoscẽda Seraphim, nec id quidem hodierno tantum, sed hesterno iam intentos die, atque inhiantis animaduerto. Quamobrem quasi confertam aliquam hominum multitudinem, vestrorum quoq. sensuum frequentiam magno impetu inrumpens oratio ad illam scilicet enarrationem, cognitionemq. festinat. Et Seraphim stabant in circuitu eius. En Seraphim vobis, quae tanto opere concupistis omnes aspicere. spectate igitur, animumq. expletote, sed nullo interim strepitu, nullo tumultu, nec animis festinantibus, quod fere ad regios aditus accidit. Et quidem illic nulla spectantium culpa hoc accidit. nec enim spectantium oculos regia curat, aut moratur custodia, quae priusquam probe cerni omnia, perspiciq. possint, multitudinem praeterire cogit. Contra hoc loco spectandi studium sistit, ac moratur oratio, donec, quo ad licet, omnia proponat, atque percurrat. Et Seraphim stabant in circuitu eius. Ante naturae di-

Esai. 6.

gnitatem, eam quam loci p
adferre, edocuit. Nam nunci
sent ipsa Seraphim, sed ubi q
dixit: quippe hoc est illo digni
enim potestatum magnitudine
quae declarat, ac propinquitas
stendi ad solium regium. Sic reg
clarum in primis ducimus, qua
rus fuga propius ordine ducin
potestatum illarum quaeq. sol
est, eo est etiam illustrior. Qu
prophetiam naturae dignitate pra
cis, primiq. consessus auctoritate
nobis edisseruit. Nimirum intell
tium illarum summum hunc e
tum, hanc eximiam pulchrit
hanc gloriam, hunc honorem, de
nem securitatem in eo positam e
solium circumdent. Id quod in
quoq. cernere est. Quorum, am
nem Christus demonstraret cum
non quod essent Angeli, dixit, sed
Matth. 18. texit. Verum dixit; Quoniam An
gelorum semper vident faciem patris
in caelis est. Ut enim illic Angelica
tate longe maius est faciem patris
re, sic ipsorum Seraphim dignitate

no maius est solium Dei circumsistere, eumq; in medio positum circumfundi. Quam tu profecto magnitudinem, si quidem velis, etiam consequi possis. Nec enim ipsorum Seraphim tantum in medio est, sed nostrum quoque medius, si velimus, etiam steterit. vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Et, Iuxta est dominus iis, qui tribulato sunt corde, & humilis spiritu saluabit. Clamat propterea Paulus, Quae sursum sunt sapite, vbi Christus est in dextera Dei sedens. Animaduertis vtique quomodo nos inter ipsa conlocans Seraphim regale ad solium propius adduxit. Ait deinde, Sex alae vni, & sex alae vni. Quid autem nobis ipsae significant alae? Nimirum altum, sublime, leue, agile, ac velox illud proprium naturae illius. Propterea Gabriel etiam descendit alatus, non quod experti corporis illi naturae vllae scilicet insint alae, sed vt intelligeret propheta excelsissimis e locis illum delapsum, & quibus interim supra rec licetis studiis venerit. At quid ipse sibi vult numerus alarum? Hic vero nihil necesse est nostram adhibere interpretationem,

Ibidem. Psal 33. Col. 3. Esai. 6. Dan. 9.

Namq. omniem dubitationem
facile sustulerunt alarum nobi
monstrato. Duabus enim, inquit
facies suas, quasi duplici saepim
tus communirent illa e gloria p
tem fulgorem minime ferentia
Ibidem. quoq. de caussa pedes contegen
hominum etiam ingenti trepidat
Psal. 3. pus vndiq. contrahentium. Q
corpus, cum animus ipse tali co
Col. 3. ne suas quoq. functiones a sumn
cans contrahit, & altissimum int
ad locum refugiens, quasi vallo qu
se corpore ipso circumdat, atq.
nit? Neq. vero commotionis, ac
Esai. 6. sionis nomen audiens triste alic
molestum accidisse putes. Etenim
motio eiusmodi mira quadam, nec
Dan. 9. cabili voluptate conditur, ac temp
Duabus, inquit, volabant. Hoc v
ea quae superna sunt, semper adp
nec vmquam cituma haec despicer
clamabant alter ad alterum, sanctus
ctus, sanctus. Hic ipse clamor rursu
raculi quoq. magnum est argumen
nec enim leuiter laudant, *sed cum c*
et valido, nec cum clamore *tantum*

perp

perpetuo continentiq. clamore. Namq. inlustria corpora, si quidem sic, vt excellant, splendeant, pro tempore oculorum praestringunt aciem, at vbi spectans identidem adsueueris, ipsa nimirum consuetudine esse miraculum desiit. sic regiam imaginem recens propositam laetis vtiq. radiantem coloribus intuentes commouemur; non item vno atq. altero post die. Quid imaginem dixi regiam, cum de solis ipsius radiis, quibus nullum omnino corpus est inlustrius, idem vere liceat dicere? Ergo inlustris corporis cuiuscumq. speciem minus admirandam consuetudo facit. non item gloriae Dei; longe enim aliter euenit. cui vtiq. inspectandae quo diutius illae inmorantur potestates, eo commouentur vehementius, ipsumq. augetur miraculum. Itaq. ex quo gloriam illam aspicere coeperunt, semper commotae clamorem numquam intermiserunt. & quod ipsi breuissimo tempore, cum fulgur emicuit, oculis nostris accidisse sentimus, id illa perpetuo, ac sine intermissione sentiunt, nec sine voluptate tamen miraculo commouentur. Nec clamauerunt tantum, sed inter se inuicem

 etiam

etiam clamauerunt, quod est adr
continentisque commotionis in
Namq. ipsi vel cum tonitru rup
dissiluit, vel terra mouit, non
modo etiam clamantes, sed alij q
alios ipsis in domibus subterfugi
quod ipsa etiam faciunt Serapl
propterea alter ad alterum clan
sanctus, sanctus, sanctus. Hanc v
cem agnoscitis. ipsorum Seraphi
eadem quoq. vestra vox est. Ve
quam, vox est per IESVM Ch
Ephes. 2. qui parietem medium sustulit re
lians ea quae in caelo, & quae in te
fecit vtraque vnum. Hic enim in
primum dictus est hymnus. poste
quam terris insistere dignatus est, h
bis quoq. suauissimum carmen
Quamobrem magnus hic sacerdo
steaquam sacram hanc ad mensam
it rationabilem cultum deferens,
entumq. offerens sacrificium, non s
citer nos ad benedicendum *vocat*,
sa praefatus Cherubim, praefatus
phim, omnis deinde *iubet plenam h*
ris vocem mittere. Chori nimirum
ac nobiscum pariter concinentis m

cunis

ria mentes nostras a rerum terrenarum cogitatione auocare studens, atq. abducere, cuiq. nostrum tamquam inclamat his propemodum vocibus. Qui ipsis cum Seraphim vna concinis, ipsis quoq. cum Seraphim adsta, cum Seraphim alas explica, cum Seraphim solium regium circumuola. Quid autem mirum cum Seraphim stare te, cuius, quae Seraphim manibus adtingere non sunt ausa, manibus tractaturo audacter dederit Deus. Missum est enim, inquit, ad me vnum de Seraphim, & habebat carbonem ignis, quem forcipe cepit ex altari. Altare illud, huius nimirum altaris, vt ignis quoq. spiritalis huius, ignis ille figura fuit atq. imago. Sed ipsa Seraphim manibus nequaquam sunt ausa contingere, tu haec manibus capis. Quod si propositorum dignitatem spectes, etiam ipsorum Seraphim attactus est prorsus indignus. sin autem Dei benignitatem consideres, nostram abiectissimam quoq. ad condicionem se se demittere propositorum gratia non veretur. Haec tu si tecum reputes, doniq. ipsius magnitudinem cogites, stes vtiq. animo, terrenaeq. seruitutis iugum liberis ceruicibus excutias, ad

Esai. 6.

caelum conscendas. Sed trahit, inquis, cor
pus, ac deorsum inpellit. At ipsa subue-
hunt, eleuantq. ieiunia, quorum beneficio
animae leues alae fiunt, sit licet ipsum cor
pus quantouis plumbo grauius. sed ipse
de ieiunio sermo tantisper interim exspe-
ctet, ac differatur. ille vero de mysteriis in-
ducatur, cuius etiam caussa sunt instituta
ieiunia. Nam quemadmodum ludis Olym
picis certantium finis est corona, sic ieiu
nij quoq. finis est pura communio. Quod
nisi fit, ac per hosce dies vitam purite
non agimus, frustra nos vtique plangi
mus. Namq. sine corona, sine praemio
ieiunij harena discedemus. Ideirco maio
res nostri ieiunij quasi stadium longi
esse voluerunt, hoc paenitentiae prae
nientes tempus, vti puri, & quasi medi
mento aliquo expurgati accedamus. Ie
co etiam ipse ex hoc loco iam nunc c
voce declamo, testificor, rogo, obsecro
quis vlla inquinatus macula, nequi
maleconscius sacram ad mensam a
nec enim adsessio illa, vel commun
si vel milliens sacrum illud corpus p
das, sed si illa potius damnatio, atq
hio, sit etiam cruciatus accessio. N
ig

igitur peccator adeat. Sed corrigam me: non, inquam, nemo peccator adeat, sic enim me primum omnium diuina mensa prohibeo, verum nemo manens adhuc peccator adeat. Propterea iam nunc etiã moneo, nequem cenae regiae illius tempus opprimat, cumq. vespertinum illud sanctum iam aderit, fortassis dicat, inparatus ac destitutus ingressus sum, haec dicta pridem oportuit. Namq. si audissem prius, mutassem vtiq. me, ac penitus expurgatus introissem. Ne quis igitur haec caussari possit, iam nunc praedico, testificor, hortor multam agere paenitentiam. Neq. vero nescio nostrum vnumquemq. reprehensioni esse obnoxium, neq. puritate cordis aliquem posse gloriari, sed nõ hoc tam molestum, ac graue, puro corde non esse, quam ad eum qui purum cor facere possit, non adire. potest enim, si velit, ac puros fieri nos, multo quam nos ipsi, profecto mauult. Sed ansam dum sibi nos aliquam demus, exspectat. Quis autem, quã publicanus peccator magis? Sed idem simul illud tantummodo dixit, Propitius esto mihi peccatori, multo quam Pharisaeus iustificatus magis descendit. Luc. 18.

Quam vero vim illa vox habuit. Sed ne illum vox ea mundauit, sed animi ipsiu adfectio, &, quae vocem expresſit illam, inductio. Sed neq. ſola haec etiã, ſed hac prior ipſa Dei benignitas. Quantula vero haec virtus, quantulus ſudor, ac labos, ſe vt eſſe peccatorem ſibi quis perſuadeat, ac talem ſe apud Deum profitentem illud quoq. ipſum dicere. Iamne vides igitur quam non temere illud dixerim, anſam nobis aliquam dari ſibi Deum velle dumtaxat, largiturum poſtea quidquid ſaluti noſtrae conferat, atq. conducat. Agamus igitur paenitentiam, ploremus, lamentemur. Filiam ſaepe aliquis cum amiſerit maximam vitae ſuae partem in luctu, la mentiſq. conſumit. Et nos amiſſa anim ipſa nequaquam dolemus. de ſalute dec dimus, neq. plangimus? Sed quid animar quid ſalutem dico? Dominum aequiſſin ac manſuetiſſimum incendimus, atq. ex cerbauimus, neq. nos ipſos alte info mus. Ille vero non domini ſolliciti de ſi ſed patris amantiſſimi, ſed matris ind gentiſſimae amores omnis ipſa noſtri

Eſai. 49. ra longe etiam ſuperat. Numquid obli cetur, inquit, mulier infantem ſuum, obli

200

oblita non miserebitur fetus vteri sui? & si oblita fuerit mulier, ego tamen non obliuiscar, ait dominus. Fidelis omnino, etiam antequam res ipsa arguat, sententia. Dei est enim ipsius. Verumenimuero adhibitis exemplis idem comprobemus. Olim Rebecca filium iubens ea, quae ad benedictionum furta pertinet, vti simulatione, cũ pulchre vndiq. ornato personam fratris induisset, ac ne sic quidem satis audere puerum animaduerteret, omnemq. eius metum vellet abstergere, super me, inquit, fili maledictio tua. Matris omnino illa flagrantis amore filij vox. Christus autem nõ id dixit modo, sed etiam fecit. neq. dicto contentus, id quoq. ipsum fuit. Clamat Paulus verbis illis, Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Et hunc nos laedimus, atq. exacerbamus? An non hoc ipsa gehenna grauius, non verme illo numquam moriente, non igni aeterno, atq. inextinguibili? Aditurus igitur sacram ad mensam dominum illic praesentem adesse cogita. Adest enim omnino cuiusq. sensus inspiciens, atq. cognoscens, siue quis ea, qua decet, sanctificatione, siue male sibi conscius inexpurga-

Gen. 27.

Gal. 3.

Esai. 66.

tis sordibus, ac sceleratis factis adhuc inquinatus accedit. Eiusmodi vero aliquem nactus, conscientiae foro tum primum quidem tradit, quem si cogitationibus ipsum suis conscientia verberatis, melio-
Gen. 19. remq. reddiderit, iterum recipit. Sin autē ne sic quidem corrigitur, idemq. perstāt sui similis, tum vero suis illum ingratum, nihilq. sentientem manibus tradi iubet.
Heb. 10. Horrendum vero incidere in manus Dei viuentis. Haec, sat scio, acriter pungit oratio. Sed quid agam? nisi enim acria adhibentur medicamenta, minime sanentur, ac tollantur vulnera. Sin adhibentur
Dan. 13. dolorem non fertis. Angustiae mihi sunt vndiq. Sed nos inposterum manus abstinebimus: quae enim iam dicta sunt, ad quidem attendentibus satis sunt. Veru vt vobis ea, ac per vos aliis vsui esse p sint, age rursus eadem colligamus. De raphim diximus, & cuius demum dign tis sit: regium solium proxime consist quam dignitatem hominibus quoq. c sequi licet, de alis, deq. ipsius Dei, q adiri non potest, potestate, seq. vt ad etiam demiserit. Addidimus ad haec moris, iugisq. miraculi caussam, vtq.
in sp

in spectaculo, perpetuaq. contemplatione perpetua sit ipsorum Seraphim adclamatio. Commemorauimus praeterea vobis in cuius societatem chori venimus, quibuscum communem dominum celebramus. verba de paenitentia fecimus, ac postremo quantum mali in eo sit, siquis sibi maleconscius adeat, ausum adire nequaquam posse effugere. Haec a marito discat vxor, a patre filius, a domino seruus, a vicino vicinus, ab amico amicus. Immo vero hostibus quoq. nostris eadem praedicemus, quorum rationibus, salutiq. consulere etiam debemus. Nam si iumenta eorum, cum ceciderint, tollere, cum de errauerint, seruare, ac reducere iubemur, animam errantem multo profecto magis reuocare, ac reducere, lapsam erigere cōuenit. Quae quidē omnia si pro se quisq. praestemus in proximos, fidenter vtiq. stare licebit ante tribunal Christi. Cum quo patri gloria, honor, & imperium simul cū spiritu sancto nunc, & semper, & in saecula saeculorum. Amen.


A.
B.

